



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

XXIV. Grabschrift des Propstes Johann zu Seehausen, vom 30. Mai 1400.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](#)

vero — diligent<sup>i</sup> consideracione perpensantes ac studiofa inquisitione et examinacione prehabita, recepi-  
mus dictam vestram fraternitatem in honorem omnipotentis Dei, totiusque curie triumphantis ac fidelium  
animatorum salutem deuote institutam, ejusdemque solennitates ritus consuetudines et obseruancias cum diui-  
norum celebracionibus ac eleemosynarum largicionibus pias justas esse et deuotas, confratres vero lau-  
dabilis vite honeste converfacionis et fame ideoque propter tantarum virtutum prerogativam dicta fra-  
ternitas exstisit nutu confirmanda; Quare ex injuncto nobis officio pastorali dictam vestram fraternita-  
tem cum suis obseruanciis solennitatibus et consuetudinibus quibuscumque, in quantum juribus parochia-  
libus derogare non videantur, cum omnibus bonis suis prediis et possessionibus quibuscumque his pre-  
sentibus approbamus, ratificamus et in nomine domini confirmamus, prohibentes et precipientes mandan-  
tes omnibus et singulis eujuscumque status gradus et condicione existant in virtute sancte obedientie et  
sub pena excommunicationis late fulmine, quam in contrafacientes, terna tamen monitione canonica pre-  
missa, in nomine domini ferimus in his scriptis, ne dictam fraternitatem confratres ejusdem nec non  
bona possessiones et predia cum omnibus et singulis redditibus prouentibus et obuencionibus ad eandem  
spectancia per nos ut premittitur confirmatam directe vel indirecte quovismodo inquietent, molestent,  
alienent aut usurpare presumant, Inhibentes eciam penis sub premissis, ne quis prefens nostre confirma-  
cionis privilegium infringere, aut ausu sacrilego alienare attemptet, etiam in quantum divinam ulcerionem  
ac nostram et succellorum nostrorum ulteriore coercionem velit euitare. Datum Lüneborch, anno  
domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>LXXXV, in vigilia pentecostes, nostri officii sub sigillo in fidem et testimonium premif-  
orum presentibus appensum.

**XXIII. Grabschrift des Vicar Jacob Briezke in Seehausen, vom 6. Oct. 1396.**

Anno domini MCCC<sup>o</sup>XCVI<sup>o</sup> VI die mensis Octobris Dominus Jacobus Briezeke perpetuus  
vicarius in Seehausen.

Leichenstein in der Pfarrkirche zu Seehausen.

**XXIV. Grabschrift des Propstes Johann Putzenik zu Seehausen, vom 30. Mai 1400.**

Anno domini MCCCC penultima die mensis Maji obiit Dominus Johannes Putzenik Pre-  
positus huius ecclesie canonicus in Stendalia cuius anima requiescat in pace.

**XXV. Burchard von Berge, Vicar des Bischofs von Verden, bestätigt den Kaland zu See-  
hausen, am 27. Mai 1403.**

Borghardus de Monte, reuerendi in Christo patris ac domini domini Conradi Episcopi  
Verdensis Vicarius in spiritualibus generalis, universis et singulis nobis in Christo dilectis  
Decano Camerario et confratribus confraternitatis Kalendarum in Seehausen Verdensis dioceos in  
domino salutem sempiternam. Quia fraternitatem in Seehausen alias per reuerendum in Cristo patrem